

78N13[116]

X 3013745

SAPIENTIAM
 STABILISSIMUM PARITERQUE EFFICACISSIMUM
 BONUM,
 CUM
 VIRI JUVENES
 NOBILISSIMI NEC NON
 DOCTISSIMI
 DN. DN.

Gebhard Julius
 Riemschneiderus,
 ET
 Iob. Mathusalem
 Fiedlerus,

PHILOSOPHIAE atque THEOLOGIAE
 CANDIDATI

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

DIE XVI. Octobr. MDCCXXXIV.

IN ALMA

WITTENBERGENSIUM ACADEMIA
 CAPESSERENT,
 LAETUS EXPENDEBAT
 EX ANIMO GRATULATURUS

M. JOHANNES GODOFREDUS RIEMSCHNEIDERUS,
 Pastor huc usque Roeglicenf. jam vero vocatus Pastor Glesfin.

MERSEBURGI, Litteris GOTTSCHICKIANIS.



Kapsel 78N 13 [116]

AK



vis nescit quoties hominum corruperit
 ora
 Pravorum stimulus vanaque mens
 vitiis?

Hunc juvat immensos manibus tractare labores:

Dummodo thesauris labile sternat iter.

Ast alium stimulat vilem furibunda libido,

Ac saevis flammis flexile pectus edit;

Cui torpor spissus resides emolliit artus,

Et fregit sensus artibus illicitis.

Abripit hunc demens prærupti fervor honoris,

Ut volucris cursu propria damna petat;

Ast illi pallens urit tentatque medullas

Invidiae virus, per querulamque furit

Mentem. Futilibus studiis quin plurimus ardet,

Dextrorsum hic tendit, sed terit ille viam

Laevam. Pauperies quot pallida trudit ad arma,

Objiciens dirae pectora dura neci?

Quot spes terrigenum coecos vesana lucelli

Per saevos fluctus perque pericla rapit?

Nil cupidis asprum, & nitidos transmittit ad Indos.

Sunt, quos circumagit vana cupido novi

Trans Rhenum rapidum , trans Alpes , trans mare
vastum,

Trans Lybiae Syrtes , diffusa perque loca.

Quis valet innumeras studiorum pandere formas,

Terricolae mentes queis agitare solent?

O! nimium felix! quem doctae Palladis artes

Tollunt, a vulgi quemque labore fecant.

Non est, crede mihi, res mortua sancta Sophia:

Sensus & mores instruit atque movet.

Urbes & gentes regit, armaprehendit & aufert:

Haec terras signat, sidera monstrat item;

Abdita scrutatur solers, arcana recludit;

Haec format vitam, nec finit esse feram:

Nam rigidos mollit mores redditque modestos,

Et motus animae comprimit ista leves.

Noxia designat quae vites, & bona monstrat

Quae cupias. Eadem est ancora, meta, salus,

Et Pharos, & portus miseris, & dulce levamen;

Mitigat haec aestus, cor reficitque tremens.

Haec docuit medicos morborum frangere vires,

Haec aequo cunctis pondere jura librat.

Praeparat haec homines morti vitaeque futurae.

Haec pavidas mentes pace fovente beat.

Efficit haec celsos homines & honoribus aptos,

Qui valide patriae, qui sibi, quique suis

Consulere, ac dubiis rebus succurrere norint.

Quam si possideas, omnia solus habes.

Hac cessante bonum constans ne dixeris ullum.

At jugis gignit praemia docta labor.

Non subito fructus arbor plantata reponit,
 Non reddunt fegetes semina jacta statim:
 Sic neque cultori donando tardus Apollo
 Ante diem curae suavia dona dabit.
 Vos, Par dilectum, felices perpete planta
 Doctrinae vastum nunc peragraſtis iter.
 Pectoribus veſtris ſapientia ſancta probatur:
 Puppis ut haec operis, ſic quoque prora fuit,
 Quae ſi non vegeta grefſus direxerit arte,
 Haud ſtabili ſteteris ſed titubante pede.
 Vos indefeſſo mentis fervore flagraſtis
 Doctrinae; ſterilis non fuit ulla dies.
 Tramite Vos rigido ceſſam ſcandidiſtis ad arcem
 Virtutis. Nunc Vos digna brabea manent;
 Quin igitur claras virtutis carpite lauros,
 Veſtris quas meritis docta Sophia parat.
 En! Viteberga vocat: Properate ad praemia laeti,
 Ite, redite citi! ſit Deus ipſe comes.
 Faxit ter ſapiens hominum ſuperumque Magiſter,
 Quis gnavi ſtudii munera docta dedit,
 Ut Chriſti baculo nixos & Flaminis enſe,
 Fidos Vos myſtas pulpita mox capiant.
 Sic ſacra, ſic patrios populoſ ornabitis arte
 Veſtra, ſic Vobis praemia firma patent.
 Quanta carorum praecordia laxa parentum
 Laetitia ardebunt! cum bona tanta vident,
 Quae doctum pectus, quae labra, manusque refunden
 Sic Vos Numen amet, ſic mea vota petunt.

* * * * *
 * * * * *
 * * * * *

78N13[116]

X3013745

SAPIENTIAM
 STABILISSIMUM PARITERQUE EFFICACISSIMUM
 BONUM,
 CUM
 VIRI JUVENES
 NOBILISSIMI NEC NON
 DOCTISSIMI
 DN. DN.

Gebhard Julius
 Riemschneiderus,
 ET
 Ioh. Mathusalem
 Fiedlerus,

PHILOSOPHIAE atque THEOLOGIAE
 CANDIDATI

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

DIE XVI. Octobr. M D CC XXXIV.

IN ALMA

WITTENBERGENSIUM ACADEMIA

CAPESSERENT,

LAETUS EXPENDEBAT

EX ANIMO GRATULATURUS

M. JOHANNES GODOFREDUS RIEMSCHEIDERUS,
 Pastor huc usque Roeglicenf. jam vero vocatus Pastor Glesfin.

MERSEBURGI, Litteris GOTTSCHEICKIANIS.



Kapsel 78N 13 [116]

AK

